



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Lingva Avrea Christianorvm

Ruben, Leonhard

Padibornae, 1606

Capvt 10. In multiloquio est periculum peccati, & rationi reddendæ nos
facit obstrictos.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56433)

CAPVT X.

In multiloquio est periculum peccati & rationi reddendæ nos facit obstrictos.

*In lo-
quaci-
tate
pericu-
lum
peccati*

Primùm quòd in hoc loco ponimus, est periculum peccati id quod asserit Sapiēs, Prou. 10. 19. *cùm inquit: In multiloquio non deerit peccatum; qui autem moderatur labia sua prudentissimus est.* Si autem peccatum est fugiendum iuxta id Eccli. 21. 2. *Quasi a facie colubri fuge peccatum, & si accesseris ad illa, suscipient te, erit & fugiendum multiloquium.* Nam vt eodem libro dicitur, cap. 23. 17. *Indisciplinata loquela non assuescat os tuum. restum in ea verbum peccati.* Sed vt est Eccli. 19. 17. *Quis est, qui non delinquerit in lingua sua?*

*Inde
verba
otiosa.*

Alterùm hoc est, quòd in multiloquio multa verba sunt otiosa. De quibus Saluator Matth. 12. 36. loquēs dicit. *Dico autem vobis, quo-*

niam

niam omne verbum otiosum quod lo-
 cutifuerint homines, reddent ratio-
 nem de eo in die iudicij. Nihil æquè
 diuinæ bonitati displicet quàm o-
 tium, quod & vitium est, inter So-
 domorum iniquitates relatum. E-
 zechiel. 16. 49. Quòd nec Deus pa-
 titur in operarijs in foro stantibus.
 Matth. 20. 3. 6. nec in adolescen-
 tioribus viduis, 1. Tim. 5. 12. 13. nec
 muliere forti, Prou. 31. 17. nec vllò
 in loco. Nā vt est Eccli. 33. 29. *Mul-
 tam malitiam, docuit otiositas.* Ac
 proindè, nec Christus, nec Pater
 celestis eam in lingua perferre po-
 test: cùm, nec ipse Christus, nec Pa-
 ter sit otiosus, iuxta id Ioan. 5. 17.
*Pater meus usq; modò operatur, &
 ego operor.* Vt rem ergò otiosam
 non patitur, ita nec verbum otio-
 sum, quin de eo reddenda sit ratio
 in tremendo die iudicij. D. verò
 Bernardus verbum otiosum vo-
 cat id quod sine vtilitate audientis

Otium
 vitan-
 dum.

*Tri-
bus de
causis
verbū
otiosū
fugiē-
dum.*

*Quan-
ta maz-
teria
loquē-
di Chri-
stiano.*

*Tēpo-
ris ra-
tio.*

aut loquentis dicitur. Est autem
verbum otiosum triplici de causa
fugiendum. Primò, propter peric-
ulum. Quicquid enim non ædi-
ficat audientes teste D. Bernardo
in Epistola, in periculum vertitur
audientium. Ambrosius serm. 22.
super Psalmum 118. Beati imma-
culati, inquit. Non mediocre peri-
culum est, cū habeas tanta elo-
quia Dei & opera quæ fecit, si præ-
termisissis illis, loquaris quæ seculi
sunt, vel audias. Tum secundò ne
tempus pretiosum, quo nihil præ-
tiosius habemus inutiliter amitta-
tur. Bernardus libro de confide-
ratione, Nemo, inquit, parui æstio-
met tempus, quod in verbis consu-
mitur otiosis: volat tempus irre-
uocabile, volat verbum irreuoca-
bile, nec aduertit insipiens quid a-
mittat. Et infrà. Cur perdis illud,
quo diuinam tibi repropitiare de-
bueras pietatem, properare ad an-

gelicam

gelicam societatem, suspirare ad
 amissam hæreditatem, aspirare ad
 præmissam felicitatem, excitare
 remissam voluntatem, flere com-
 missam iniquitatem. Quare dicit
 B. Isidorus: Sicut falsitatis crimina
 à proficientibus pertimescuntur;
 ita otiosa verba à perfectis viris vi-
 tantur. Tum tertio, propter dis-
 cussionem extremi iudicij. Teste
 enim ipsa veritate Matth. 12. 36.
*De omni verbo otioso in illo reddenda
 erit ratio, vt paulò ante diximus.*

CAPVT XI.

*Loquaces ranis immundis esse similes, & ex
 loquacitate scandala multa vsq; ad
 mortem ipsam præuenire.*

Primùm est quòd loquaces quie-
 tem aliorum penitus turbent,
 ac proinde loquaces meritò ab ali-
 quibus ranis similes habeantur Ae-
 gyptiacis, quæ omnibus rebus mo-
 lestiam attulerunt, quorum & o-
 ris strepitus, molestissimus est, vn-

*Ranis
 similes*